UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svper Coelibatv Monachatv Et Vidvitate Axiomata

Karlstadt, Andreas

Vvittembergae, 1521

VD16 B 6126

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-33459

Visual Library

Conclu- ¶ Sacerdotes eatenus caſtitatem promittentes quatenus, fragilitas
ſio vi. humana permittit poſſunt abſque peccato, ſi uolunt matrimoniis
ſe iungere.

Notum eſt promiſſioni illi, ineſſe conditionē, quæ tum extat,
cum incendium carnis crebriore cōgreſſione refrigeratur Er
go quid eſt aliud. Promitto me caſte uicturum. quando permittit
humana fragilitas, Quā nunquā caſte uiuā, niſi per coitū ſedatus
fuerit cōcupiſcentiæ ardor? At dices ſtulta eſt hec promiſſio, ſtultā
confiteor, quia a ſtulto cerebro ponti roma. egreſſa. Atque quid
aliud, potuit humanus affectus inimicus deo, inuenire? Igno-
rauerunt, & hodie ignorant pon roma. quæ ſit humanæ fragili-
Mat. tatis vis & natura, Quia ſcripturas ignorāt. Chriſtus ait, De corde
Rhoma hōis exeunt fornicaciones &ce, Paulus. Scio quod non habitat in
vii. me bonum. Itē, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Et Iacobus
Gall. v, Concupiſcencia cum conceperit parit peccatum. & Geneſis, Cunc
Iaco, i. ta cogitacio hōis, intenta eſt ad malum omni tēpore. Si cogitacio
Gen, vi cordis fluit in malum, quāto pondere & fragore, fragilitas infirma
ruit? Hoc ipſi non aſſequntur, ideo pariunt chymeras.

Conclu- ¶ Deberēt Epiſcopi Sacerdotes concubinarios ad matrimonia co
ſio vii, gere. Licita ſunt matrimonia & vna fornicationis remedia,
Paulo dicente. Propter fornicatiōem quisque ſuam vxorē ducat,
Neque alia medicamina videmus lege domini. Ad illa deberent
cogi concubinarii. Verum quia nihil commodi coniugia in culi-
nas ingerunt, Itum eſt, ad concubinas, quorum cohibitationem
mulctant nummis. Quid eſt quod toto cælo aberratis Epiſcopi?
& in re tam dilucida que nō poteſt lucidior eſſe, hallucinamini?
Vel contingite Biblia, & cito inuenietis matrimonia bona eſſe. at
que perſuaſa omnibus in cōmuni, & ad ea cogendos, parum ab
ſtinātes, reſipiſcite tādem & auaritiā iſtam proſcribite. Ita vniuer
ſus clerus, & vos hominibus eritis multo chariores, & rem facietis
deo impenſius gratiorem, quam eſt cœlibatus conſeruatio. Valete
& ſemel uos tanquam chriſtianos, ad uocem Chriſti conferte.

Alioqui non feremus diu, neque poſſumus diucius ferre iſ-
tam ſæuitiam.

SIT LAVS DEO.

Impreſſus vuittembergæ a Nicolao Schirlenco, in ædibus Caro
lostadii M. D. XXI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN